

er inz ie barter verbot. so si in ie mere lobeten. Unde taten uns dazze ainem pilde. wande oob wir mit dem sichen sin gemerchet. Den sibtuom den er bet an dem libe. bet wir an dem gemute. wir beten in uon muotwillen. beten in niht uon de hainen noten. Wir waren ertort unt erstummet so daz wir uon got niht gutes geboren nob gesprechen chunden. den sibtum hat er uns benomen. der gnaden si er gelobet unt geeret. unt swa wir nob haben de hainen gepresten den weruen daz er an uns geruche ze uerwanteln. daz wir nu hinneuoer in snem —. Difficiliora sunt: Chut pro Quad dixit a Qhuedan, Cwethan, Queden; Sumelicher aliquorum a Sum, Sumer, angl. Some; Sælde beatitudo a Sald, Sæla, Selig, lat. Salus; Weruen pro Werben petere intercedere; Gernde quasi Gearnde meritum ab Arnen mereri; Dehein obpositum τω Kein aliquis, ullus. Indignandum fane crudae forfici, quae reliqua nobis invidit.

DCCCLXVII.

U. 677 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 307. 4. eleganter, sed priori Parte luculentius exaratus, coloribus, et initiis deauratis, picturatisque decorus, olim Job. Fabri Ep. Vien. iterum Breuiarium est. Praeit Calendarium, in quo miniati Valentinus Conf. Inuentio S. Stephani et Cholomannus Mart. unde Dioecesin Pataviens. arguo, licet Officia ipsa horum

Festorum nihil peculiare subpeditent. Proprium de Festis tantum a Dom. Pentecostes ad 6. Febr. seu ad Officium de S. Dorothea pertingit. Altera igitur Pars deperiit.

DCCCLXVIII.

Codex membraneus lat. Sec. U. 666 XIV. Folior. 125. 4. luculente, et majori sua parte minio scriptus, quondamque domus collegij ducalis Uienne hunc Titulum praefert: Incipit ordo siue breuiarium de ecclesiasticis obseruacionibus quid legendum et quid cantandum sit per circulum anni secundum Pataviensem Ecclesiam. Addi poterat: quid agendum; non enim de folis Horis canonicis, et Altaris Sacrificio, sed de omnibus Cerimoniis sacris hic res est, ut adeo Codicem Directorium potius liturgicum inscribas. Directorium ajo; nam multis locis Rituum origo ex Historia eccl. declaratur, et eorum mystica exponitur significatio, et Precationum adhibendarum fere tantum initia scribuntur. Ita in: In aduentu domini ad uesperas. an. Benedictus. ps. Benedictus. Cum reliquis. Cap. Deus pacis. Resp. Ecce dies ve. Vers. In diebus illis. Ymnus Veni redemptor gen. &c. Et mox infra: Ab aduentu domini usque ad natiuitatem eius Te deum laudamus. et Gloria in excelsis. et Ite missa est dimittimus quia maior est gloria noui testamenti quam veteris Cusus typum infra aduentum domini seruamus &c. Sed